

libus, sic ille inconstantia, et fallaciis agitatur. Vere etenim mundus aliud nihil est quam mare quoddam.

S. Antoninus de centro amoris mundialis diffuse disserens, varios mundum inter et mare recenset parallelos, inquit: « Mare dicitur, quasi amarum, quia sicutque ejus aqua est amara, id est salsa, et ibi, amara vita. Sic mundus iste plenus est amaritudinibus. *Cuncti dies ejus doloribus et ærumnis pleni sunt, nec per noctem, mente requiescit; et a hoc nomine vanitas est?* dicit Ecclesiastes, II, 23. » Citalque auctoritatem S. Gregorii, dicentis: « Omne quod hic eminet, plus mororibus afficitur, quam honoribus gaudet. Quis possit replicare ejus amaritudines? Nunc amaricatur contumeliis et derisione; nunc infirmitate et persecutione; aliquando paupertate, et aliorum deceptione. Et tamen, tanta est humana cæcitas, quod semper vellet homo, in mundo isto esse. » Quisquam aquam marinam cernit, cernendo illam, salsam esse non censet, sed talem experitur, mox ut illam gustat. Unde Hugo de S. Victore ait: Amor mundi in principio dulcis esse videtur, sed finem habet amarum. Ideo legitur: *Cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est ponit.* » S. Augustinus hominem in hujus vite presentis pelago constitutum considerans, inquit: « Habet amaritudinem noxiam, habet fluctus tribulationum, tempestates tentationum. » Habet homines velut pisces, de suo malo gaudentes, et tanquam se invicem devorantes. » Idem super illa verba, *Psalm. LXX: Qui convertit mare in aridum*, inquit: « Mare erat mundus amarus falsitate, turbulentus tempestate, saviens fluctibus persecutionum. »

S. Antoninus de mari insuper dicit: « Continuo fluctuat, plus tamen et minus secundum tempora varia, propter quod dicit *Psalmus XCII: Mirabiles elationes maris.* Sic homines mundi fluctuant continuo diversis affectibus et passionibus. Aliquando in altum ascendunt dignitatis. Aliquando descendunt in profundum dejectionis et vililitatis. Cor impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest. »

« Ante litus mare frangit undas suas, » inquit idem Sanctus, et Jeremias, v, 22, dicit: *Qui possit arenam terminum mari, et dicit: Illic confringes lumentes fluctus tuos.* Sic demum superbia et altitudo mundana in morte ad terram prosternitur. »

Mare hoc infidum quoddam est elementum: quando tranquillum est, ab omnibus magis timeri debet. Unde Seneca ait: « Noli huic tranquillitati confidere; momento mare vertitur, eodem loco ubi luserunt navigia, sorbentur. » Maxima maris tranquillitas sæviore minari solet tempestates. Eodem modo S. Augustinus ait: « Mundus iste periculosior est blandus quam molestus, et magis cavendus cum illicet diligi. »

m. — Navienla quæ fluctibus ita jactatur ut operiretur animam representat humanam quæ facta velut navis institoris, maxime concutitur et jactatur variis tentationibus, superbiæ, invidia, gula, luxuriæ. Per furentes autem ventos, et sævientem tempestatem, non incongrue intelligi possunt convicia, opprobria et injuriæ, infirmitates, desolationes et molestiæ, quibus humanus animus degens in hoc sæculo impetitur et concutitur, et sicuti navis undique procellosis fluctibus agitatur. Quocirca, quemadmodum necesse est ut navigantibus, maris in quo navigant, pericula diligentissime perspecta et explorata habeant et adversus ea, se convenientibus remediis muniant, ita nobis in hac spirituali navigatione agendum est. Ut vero in hisce procellosis non mergamur, anchoram patientiæ in arenam figamus necesse est.

Sanctus Apostolus, qui immediate ab increta Sapientia, in Paradiso edoctus fuit, patientiæ virtutem, non tanquam utilem, convenientem et delectabilem, sed tanquam necessariam nobis proponit, inquit: *Patientia vobis necessaria est, Rom., X, 36.* Enimvero quin præsens hæc vita nostra quodam sit species militiæ, nulli dubium esse potest; ac proinde quam necessaria est bellantibus armatura, tantumdem quoque necessaria nobis est patientia. Unde S. Bonaventura, in *cap. XXII Luc.,* ait: « Quantum ad internam armaturam, subjungit: *In patientia vestra possidebitis animas vestras;* id est, defendetis vos tanquam per armaturam perceptam. » Enimvero quocumque in hac lacrymarum valle, in hoc mari procelloso, oculos nostros conjicimus, ex omni parte, miseriæ, contradictiones et ærumnæ se afferunt sine numero: Nam ut venerabilis Thomas a Kempis ait: « Dispone et ordina omnia secundum tuum velle, et videri; et non invenies nisi semper aliquid pati, aut sponte aut invite; et ideo necesse est te ubique tenere patientiam. » S. Bonaventura aliquos enumerat casus in quibus hæc virtutem exercendi specialis urget necessitas, videlicet: « 1^o Corporis lesio. « 2^o Temporalis penuria substantiæ. « 3^o Detrimendum honoris. « 4^o Charorum offensio vel substractio. « 5^o Tranquillitatis mentis quæcumque perturbatio. »

At vero quodnam adversus illas miseriæ adhibebimus remedium? Idem S. Doctor de patientia disserens ait: « Patientia tolerabiliora reddit præsentis vite incommoda, quia adversitas, quando cum impatientia est, triplex incommodum dat. » Extrinsecus homo affligitur et intrinsecus per impatientiam amaricatur et insuper malam conscientiam reddit mentem, pro reatu culpæ. Bollovacensis, *Spec. mor., lib. II, 88,* dicit: « Sumus in terra tribulationis, in agro laboris, in campo certaminis, in tyrocinio probationis ubi tyrones probantur. » Unde S. Bernardus ait: « In campo certaminis

sumus, ubi qui plagam, vel livorem non sustinerit, miles inglorius apparebit. In hoc mundo tot emergunt casus, imminet adversitates, infirmitates, desolationes et molestiæ, quot homo velit, non potest sustinere. Sicut navis in medio mari, undique procellosis fluctibus agitatur et concutitur. » Ut igitur in hisce procellosis non mergamur, anchoram patientiæ in arenam figamus necesse est. Idem doctissimus Præsul, in progressu sui discursus, hæc verba subjungit: « Patientia est gubernaculum vite nostræ, sicut dicitur, *Prover., XIV, 29: Qui patiens est multa gubernatur patientia.* Gubernator autem in fine navis existens, undique considerat pericula, ne incidat in ea, ne impingat in saxum, vel terram, vel sabulum, declinando vital ventum contrarium. Sic homo patiens debet esse undique circumspexit, pericula declinando, ne navis animæ frangatur per impatientiam. Patientia est quasi anchora mentis, firmans eam et tenens immobilem, in tempestate adversitatis. »

S. Anselmus, fructus Spiritus Sancti, *pax, patientia,* etc., explicans, ita scribit: « Quia multa sunt in conversatione humana, quæ pacem turbare possunt, necessario subdit *patientia,* per quam injuriæ et adversitates æquo animo sustinentur, ut fraternalis pax queat observari. Patientiæ enim est mala æquanimiter tolerare et contra eam quoque qui mala irrogat nullo dolore moveri; et quia non ad horam, sed quamdiu voluerit Dominus, observanda est opere patientia, subnectitur et *longanimitas,* per quam omnia perseveranter et usque ad finem, sustineantur. »

11. — Hugo Victorinus, in his verbis: *Et ecce motus magnus factus est in mari,* sic ait: « Quid per mare, nisi conscientia prava accipitur, quam et memoria præteritorum scelerum et delectatio presentium, hæc illicque impellendo exagitat? Quasi enim fluctus e regione venientes, ad invicem se collidunt, quando infelicem animam quocumque modo semper et penitentia præteritorum errorum suorum retrahit et amor presentium impellit. Et quia in hac tanta contradictione; illa qualicumque miseræ delectationis dulcedo, semper admixto dolore inficitur; recte prava conscientia, non solum inquietudine, sed etiam amaritudine, mare appellatur. » Itaque prava conscientia, penalissimus angor et remorsus, recte præ magnitudine mari comparatur, qui quamvis impij, quantumvis magnus et potens sit, conturbat et persequitur, ut tempestas maris quoslibet grandes licet naves. »

Si peccatum nullum aliud sibi annexum haberet tormentum, quam quod per malam conscientiam peccatori irrogatur, hoc solum ad illud detestandum sufficiens esse deberet stimulus. Hanc enim conscientiam Sapiens crudellem et turbulentam

appellat, *Sap., XVII, 40: Sæva perturbata conscientia.* S. Ambrosius, in *Apologia Davidis,* sensum indagans verborum illarum Psalmi I, scilicet: *Delictum meum contra me est semper,* ita scribit: « Sapiens adversum se sum se judicat esse delictum suum; et tanquam hostiles ædificat, ita lapsus culpæ suarum, adversantium modo, sibi arbitrantur obistere. Quid quid persuenerit et increpauerit, culpa ei propria semper occurrit. Quidquid fuerit dictum, aut lectum, in se dictum putat. Quidquid intenderit, se mutuo oculis signari putat. Si epuletur, si cogitet, si ore ac deprecetur, ante oculos ejus semper est error proprius et momenti omnibus culpa pulsata conscientiam, nec quiescere aut oblivisci sinit. Sed velut gravis censor exagitat se terrore perpetuo. Omnia igitur adversa habet, quia ipse sibi displicet; ipse sui accusator, ipse sui testis est. Non invenit quo fugiat, quia se perterget et stimulat. »

Tametsi multi anni elapsi fuissent, a quibus Joseph a fratribus suis venditus fuerat, nihilominus quando fratres ejus in Ægypto existentes, disponente Joseph, in varia incidunt infortunia et contradictiones, mox corda sua velut clavo transfixa esse credebant, propter scelus, quod ante multos annos, in fratrem suum commiserant. Unde se multo æquius dicebant: *Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum;* id quod ponderans Chrysostomus, *Hom. LXIV in Genes.,* in hæc verba scribit: « Ita se habet peccatum; quando consummatum est et opere perfectum, tunc suæ absurditatis ostendit excessum. Et sicut ebrius, quando multum vini ingurgitat, nullum sentit a vino damnum, postea autem sentit experimento, quantum sit damnum; ita et peccatum donec consummetur obtenebrat mentem et quasi densa nubes, ita mentem corrumpit. Inde conscientia insurgit et quovis accusatore, mentem gravius arrodit, monstrans absurditatem facti. »

Adam et Eva interius in mentibus suis remorsum peccati sentientes, absque eo quod aliunde urgerentur, in fugam se coniecerunt et quasi verunt in quibus absconderent, montium et rupium latibula; sed frustra et inessum, quia ut bene notat S. Isidorus: « Omnia fugere poterit homo, præter cor suum, non enim potest a se quisque recedere; ubi cumque enim abierit, realis sui conscientia illum non derelinquit. » Eandem doctrinam diu ante S. Augustinus tradidit, *tract. XII in Joan.,* cujus sunt sequentia verba: « Non fugit seipsum mala conscientia; non est quo eat, sequitur se, imo non recedit a se, peccatum enim quod fecit, intus est. Feci peccatum ut aliquam corporalem caperet voluptatem; voluptas transiit, peccatum manet; præterit quod delectabat, remansit quod pungit. » Rosa in momento efflorescit; spinæ autem semper permanent.

Verum enimvero optimum et gratissimum nobis, S. Thomas Archiepisc. Valent. refert nuncium dum hunc vermem qui non morietur, suffocandi et protegendi modum his verbis nos docet: « Confessio « extinguit illum remorsum et vermem intus « rodentem conscientiam; qui si modo extinctus « non fuerit postea in aeternum animam morsibus « lacerabit; de quo Isaias: *vermis eorum non morietur*. Hunc autem experientia teste nihil mortificat « sicut confessio peccatorum. Etiamsi doleas et « peniteas, et jejunes, et innumeras eleemosynas « facias, non quietatur conscientia et peccatorum « onere suo non levatur. Sicut stomachus corruptus « humoribus et putridis plenus, donec evomat, « anxie laborat; sic donec per confessionem peccata « sua homo evomerit, conscientia sua non quietatur. »

o. — Valde magna et gravis fuit hæc tempestas de qua loquitur Evangelium hodiernum, ut satis exprimit D. Marcus: *Facta est procella magna venti et fluctus mittebant in navim ita ut impleteretur navis*; que cum primum e portu solveret, insurgentibus ventis et fluctibus, ita fœde jactata est, ut ab iisdem cooperiretur. Sic navigat et anima nostra, aiunt SS. Patres, in corporis hujus semipatienti, et rimosa, et male materiali cymba; et una quidem ex parte fatiscens, aquam admittit, ex alia vero, plurimorum motuum et inordinatorum appetuum fluctus, ac tempestates insurgentes, eam opprimere et mergere conantur. Sic continue tentationes navem vite nostre jactant et quassant, ut dicat S. Hieronymus, in cap. iv ad Galat. « Quis potest esse securus et « intentatus hujus vite mare transire? » Continua enim pugna, vita humana est.

Ex instinctu Spiritus Sancti, Propheta Job titulum militiae attribuit vite humane. Ratio evidens est, quia ad mortem usque, in continua vivimus pugna et lucta: *Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem*. In textu græco ponitur *tentatio*, loco vocabuli hujus, *militia*, et idem est. S. Bernardus, in sermone cui titulus est: *De nimia fallacia presentis vite*, sic exorditur: « Vera omnino sententia fratres, quoniam tentatio est vita « hominis super terram. » Et *Serm. iii in Psal. Qui habitat*, reflectens se ad hoc verbum, *Circumdabit*, exponit monitum illud a cœlesti Magistro datum discipulis suis: « *Orate ut non intretis in tentationem*, quoniam undique circumdati estis tentationibus; unde et legisit quia, *tentatio est vita « hominis super terram*. Itaque si tot tentationibus « plena est vita nostra, ut non immerito tota ipsa « tentatio debeat appellari, pervigili circumspectione opus est et oratione, ne inducamur in eam. » Neque Salvator noster propter alium finem orationi quotidiane addidit verba ista: *Et ne nos inducens in tentationem*, nisi ut hæc petitione nos muniret contra tentationes quibus undique in hæc vita infestamur.

Cæsarius, lib. IV, sub initium, ubi tractat de hac materia scribit: « Vita hominis super terram, et « militia est et tentatio; militia propter exercitium, « tentatio propter laborem et periculum. Et nota « quod non dicitur: Tentatio est *vita animalis*, sed « *hominis*, id est, humane et rationabiliter viventis, « qualis est vita religiosorum, qui secundum spiritum « tum vivunt et carnis desideria non perferunt. « Seculares vero atque carnales qui secundum « carnem ambulant, improprie tentari dicuntur, « quia mox ut tentamenta sentiunt, vel consentiunt, vel tepide resistunt. Similes sunt equo et « mulo quibus non est intellectus. »

Petrus Blesensis, in *Serm. viii de S. Vincentio*, scribit: « Tres habemus hostes: carnem, mundum, diabolum. Caro est hostis domesticus, et « ideo magis timendus; mundus hostis sophisticius, « et ideo cavendus; diabolus hostis antiquus, et « ideo magis odiendus. Caro suadet suavita; mundus inania; diabolus iniqua. Caro ligat; mundus nos suggillat; diabolus nos necat. Caro suggerit « luxuriam; mundus avaritiam; diabolus superbiam. Caro nos deprimit infra per luxuriam, « mundus trahit nos extra nos per avaritiam; diabolus erigit nos supra nos per superbiam. »

Omnes hi inimici, quando respiramus, lateri nostro adherent, indefesseque nos comitantur; ac propterea, sine intermissione eos vincamus expugnemusque, necesse est. « Vita hæc nostra in medio insidiarum, in medio præliorum est. Si nolimus « vinei, vigilandum est; si volumus vincere, pugandum est, » dicit B. Laurentius Justinianus, de *Ligno vite*, iv.

p. — Non fortuito id accidit ut sic tumultuaret mare, sed ex imperio Domini, atque divina Providentia constitutum fuit de qua dicitur, *Ps. cxxxiv: Qui educit ventos de thesauris suis, qui conturbat profundum maris*. In quo observandum est quod mare cum fervens agitur, rapidissimo cursu fluctus feruntur in terram, quasi eam devoraturi; sed tunc indita vi crebro in mare reflectentes, ipsum mare verberant, concutiant, luto et quisquillibus commovent et perturbant; sic plectitur per proprias aquas insensatum mare, quod quia iisdem terminos suos transgreditur, et legem impositam non observat: *Constituiti terminos ejus, qui præteriri non poterunt*, ut canit Psalmista; lutum, aliosque sordes vorare cogitur, iisque inquinari: *Redundans fluctus ejus in conculationem et lutum*, ait Isaias, LVII, 20. O mare moralitatibus abundantis, impius erudiens qui quasi mare fervent! Sic ergo impij, dum insidias ac machinationes commovent adversus innocentes, in ipsos impios eae retorquentur, ut nulla miseria ac ruina eos deturbat ac perdat. Ad rem Procopius: « Fluctuationem patuntur maris instar, seipso ulciscens, quod « quos fluctus ad littora tradit, assidue parit qui-

« dem, sed eorumdem reflexionem rursus pati « cogitur, non aliter ac isti. » Qui ergo maris instar, imbecillis fidei fluctus jactabant, in illam benedictam terram Christum, Apostoli, hos reprehensionis fluctus: *Quid timidi estis, modicæ fidei?* recipere cogebantur; per quæ enim quis peccat, per hæc et torquetur.

David a carnali concupiscentia seductus, ut majori cum libertate Bethsabæe conversatione, et amplexibus frui posset, Joab generalis militiae suæ usus est opera, ut occideretur Urias; et ideo divina justitia, prout Nathan Propheta ei prædixerat, juste ordinavit ut et ipse simili pena castigaretur, siquidem sequentem ei indicari fecit sententiam: *Uriam Hethæam percussisti gladio et uxorem accepisti, et interfecisti eum gladio filiorum Ammon; quomobrem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum*. II Reg., xii, 9, 10.

Abulensis hæc de re ad propositum nostrum, ita scribit: « Deus observat in penis similitudinem et « quantitatem; similitudinem quidem, quia per « que peccat quis, per hæc aut similia torquetur; « de quantitate patet, quia juxta mensuram delicti « est plagarum modus, *Deuter., xxv*. Utrumque « observatum est in punitione David. De similitudine patet, nam ipse commisit adulterium et « homicidium; ideo in utroque punitus est. De « homicidio patet, quia dictum est: *Non recedet gladius de domo tua*. Secundum autem, scilicet « quantitas punitionis apparet quantum ad primum « peccatum, quia sicut David homicida fuit, ita « ipse occidi debebat. Deus tamen pepercit ei quantum ad hoc, et transtulit mortem in filium suum, « ut patet infra, scilicet: *Dominus transtulit peccatum tuum tuum; non morieris*. *Veruatamen filius qui « natus est tibi, morte morietur*. Et quia David sententia erat, quod vir ille solveret quadruplum, de « quo locutus fuerat Nathan, imposita sunt quadrupla super David, scilicet quod moretur et « quatuor filii ejus pro Urias. Primus fuit ille, qui per « adulterium conceptus est de Bethsabæa. Secundus « fuit Ammon, filius primogenitus David, quem « occidit Absalon propter Thamar sororem suam. « Tertius fuit Absalon, quem occidit Joab in bello. « Quartus fuit Adonias quem occidit frater suus « Salomon. De quantitate autem punitionis dicitur « dum quod fuit punitus quantum derelinquerat; « nam ipse acceperat unicam uxorem, et acceptæ « sunt decem uxores ejus. Item ipse cognovit « uxorem extranei, uxores autem suæ cognite sunt « a filio suo, quod horrendum erat. Item ipse « cognovit in oculo uxorem Uriæ, et decem uxores suæ cognite sunt publice, vidente toto « Israel, in platea Jerusalem. »

Est et alia non minus evidens hujus veritatis probatio in Novo Testamento, scilicet Joannis Evangelio, xi, ubi conciliabulum illud describitur, in quo

mors Christi determinata fuit, idque eo potissimum motivo: *Venient Romani, et tollent locum nostrum et gentem*. S. Augustinus, *Hom. in sermone vi Passionis*, hæc verba habet: « Temporalia perdere « timerunt, et vitam æternam non cogitaverunt, « et sic utrumque amiserunt. Tulcrunt autem « Romani et locum et gentem, expugnando, et « transcendendo. »

q. — Adhuc disquirendum superest, equis hæc tempestatem excitarit, quo inde innotescat, quam ob rem excitata fuit. Quod vero Christus Deus, non per naturales causas, sed sua ante somnum præceptione excitaverit, perspicue his verbis S. Basilii docet, dum Christum cum mari loquentem inducit, *Orat. xxi*: « Esto mihi discipulorum præceptor, o « mare, et pro flagro, fluctum terrorem injice. « Attollantur undæ tuæ, armentur venti, jactetur « undique scapha, naufragij minæ intendantur, « mors ostentetur, mortis expectatione pendant. » Sicine in penam commoventur mare? Quæ pena causa, aut quæ culpa? Et discipulorum modica fides, et Judæ scelus. Mare enim per tempestates et naufragia sæpe punit. Cujus probandæ propositionis historia Jonæ evidens nobis subministrat argumentum. Hic enim Propheta, accepta a Deo commissione eundi in Niniven, ad prædicandum huic dissoluto populo imminens exterminium, divinis mandatis inobediens, navigio se commisit, ut in partes longinquas fugiens, impositam sibi commissionem declinaret. Sed satis notum est quid Jonæ ex inobedientia eveniret.

Isaias, ii, 15, de potentia Dei disserens, inquit: *Deus, Dominus exercituum, super omnem superbium, super omnem arrogantem, et humiliabitur*; ac tandem subjungit: *Et super omnes naves Tharsis, quasi dicere: Inter alia quæ hæc tunc experientur potentiam, naves quoque Tharsis annumerabuntur*. Porro circa hæc Isaiæ verba, Cornelius a Lapide, ad propositum nostrum, hunc in modum egregie scribit: « Naves, quantumvis fortes et firmæ, non sustinebant ultricem et infensam manum Dei. »

Ad solatium quoque navigantium, observandum est quod advertit Chrysostomus inquis, *Hom. v ad pop.*: « Nautæ Jonam in mare deiecerunt, et « stetit navigium. Nos quoque peccata submergamus. »

r. — « Videamus quæ causa est, » inquit S. Ambrosius, *Serm. ii*, « quod una eademque navicula, « hic in tranquillitate doctrinam populis tribuit, ibi « in tempestate discipulis mortis metum inducit? « præsertim cum ibi etiam Petrus cum cæteris « Apostolis esset. Hæc autem est periculi causa: « erat ibi Simon Petrus, erat pariter et proditor « Judas; et quantumvis illius fides naviculam « fundaret, et etsi multa discipulorum merita navigant, tamen eam adhuc perfidia proditoris « agitabat. » Quod enim mare quod fretum tot

motus, tam varias excusare creditis agitationes, quas causant corda malorum? Iste enim excessivæ pluvie et aquarum inundationes a peccatis derivantur moxque cessant, ut peccatores sese ad Deum converterent.

« Et ideo non turbatur ista quæ Petrum habet, » ait citatus Ambrosius, « sed turbatur ista quæ Judam habet; » adeo grave et ponderosum est peccatum, ut fides, quæ potest montes transferre, hic contra unius Judæ nequitiam, non sufficiat ad continentiam navim quin ad ima pergat et alternantibus undis, velut profundum attingat. Heu, igitur gravissimum onus peccatum! cum unius delicto, cunctorum merita quantantur.

s. — Potuit hæc tempestas naturæ viribus excitari, ut frequenter contigit in mari; tamen quod hæc tempestas, non ex sese sed demonis malitia contigerit, vult D. Paschasius, *lib. V in Matth.*, ut dictum est, ad illa verba: *Cum venisset ad fretum.* Viderunt nempe demones quod navicula illa in qua Dominus sedebatur, in regionem in qua ipse grassabantur, dirigeretur. Tunc itaque furibundi, et metuentes Domini præsentiam, magno conatu et artificio ventorum, impulsu maris commotionem ac rigidam tempestatem excitaverunt, an ita forte navicula illa in aliam partem deflecterent. Præsentia enim Domini ejusque exercitum, sic demonibus formidolosum erat ac terribile, quod et ipsi demones eorumque tentationes de facili vincantur. Hinc discipuli, ut in hæc tempestate Domini gaudeant præsentia, quam sibi perdidisse videbantur, dormientem excitant.

Propheta Regius, sciens quod inimicus infernalis, lateribus nostris, quamdiu vivimus, incessanter assistat, ut nobis insidiatur, nosque impugnet, facillimum quemdam nobis modum præscribit, quo cum a nobis proligere valeamus; nimirum si in mente nostra divinam ejus recolamus præsentiam. Et ideo ait: « Ad nihilum deductus est in conspectu ejus » malignus, » *Psal. xiv, 4.* Divus Chrysostomus in homelia quadam heroicam considerans Josephi adversus impudicas dominæ suæ sollicitationes adhibitam resistantiam, ex illis predicti Josephi verbis: *Quomodo factum verbum hoc malum et peccabo coram Deo?* sequens eruit documentum: « Itaque sive » quis corporum concupiscentia capiat, sive peccat » cuniarum amore, sive alia quadam absurda » voluptate, statim hoc verbum cogitet, quod ille » est, qui non contemnet, a quo non est possibile » nos occultare, etiam quæ in mente nostra ver- » sentur; et omnino effugiemus etiam diabolicas » machinationes, magnoque adjutorio supremo ju- » vabimur; quo nobis frui contingat gratia et » benignitate Domini nostri Jesu Christi. » Ubi considerationem meretur dictio illa, omnino, utpote quæ certissimæ promissionis vim obtinet.

Inter omnes sacros heroes difficulter post Christi

adventum aliquem reperiemus qui atrociora ab inferno sustinuerit certamina quam S. Antonius M. cujus si legatur vita, invenitur quod adversus ipsam omnes se congregarent maligni spiritus, ut tanto validiorem ei impetum inferrent. Quibus tandem superatis, hæc Dei servus Dominum suum alloquebatur devotissimis verbis: « Ubi eras, bona » Jesu? » Quibus verbis clare satis subindeat, quod in omnibus adversus demonum phalanges habitis præliis alio armorum genere usus non fuerit quam vivaci divina præsentie memoria: « Et ideo flagel- » latus, confossus, sentiebatur quidem asperiores cor- » poris dolores, sed imperterritus durabat mente » pervigili. Et licet gemitum, vulnera carnis expri- » merent, sensus tamen idem permanens, quasi de » inimicis luderet, loquebatur: « Si virium aliquid » haberetis, sufficeret unus ad prælium. » Hæc quoque sanctissimus Abbas nobis hoc ad debellandum infernum scriptum reliquit primum et fundamentale documentum: « Una est ratio vincendi inimi- » cum: animæ Dominum semper cogitantis vigis » recordatio. »

t. — Non vacat mysterio excitata erga discipulos suos in mare tempestas, aut permissu Domini a demonibus, aut imperio Domini orta; qua observari vult, etiam electos comites, ac socios Domini a tentatione impeti, ipsamque subinde se fingere dormire, hæc ratione amorem, quo in suos fertur, abscondendo, ut ad ipsum tunc ardentius recurrant. Non dormit Dominus tamen, nec tui oblitus est. Unde Habacuc Propheta, *ii, 3*: *Si moram fecerit Dominus, expecta illum; quia veniet et non tardabit*: id est, citissime veniet. Moram quidem trahere et tardare tibi videtur, sed vere non tardat. Sicuti ægro nimis quam longa videtur nox, aurora vero diutius differri: errat tamen, non retardatur, quia tempore debito venit. Sic nec Deus moram facit, etsi tibi velut ægro diutius æquo tardare videatur. Novit ipse commodam occasionem, et opportunitatem. Itaque, tempore debito, necessitati tue auxiliatum veniet; non enim permittit dæmonem prævalere, et superiorem esse nobis viribus; sed communicat nobis auxilia quibus ei resistere possimus.

Sed ex parte nostra succursus divinus postulandus est, quia Deus postulantes adjuvat. *Protegam eum quoniam cognovit nomen meum: Clamabit ad me et ego exaudiam eum, dicit Psalmista, Ps. xc, 14.* « Nulla est tibi excusatio si cadis, » ait S. Thomas de Villanova, « nulla querela ratio si lapsus peccato damnaris. Noli causari, noli allegari quod » fragilis et cæcus, cum astutissimo et fortissimo » serpente confluxisti. Quid miram, si cado, si su- » peror, si prosternor? Quis ego eram ut cum tanto » gigante colligerem? Non æquo Marte pugna- » bam, non cum equali decertabam. Quæ est hæc » justitia, ut cum impari certamine victus perpetua

« damner abyssos, et supplicio deputer sempiterno? » Audi peccator: aderat tibi Deus a latere. Auge- » lorum subsidium tibi paratum erat. Quare non » clamasti? Quare non invocasti? Cur de tuis viri- » bus confidisti? Cur solus cum multis certare » presumpsisti? Cur paratos angelos tecum in præ- » lium advocare neglexisti? Tua culpa, tua super- » bia, tua inertia victus es; ac propterea justissimas » penas victus lues. »

ii. — Ipse vero dormiebat. Erat hæc turbatio maris et fluctuum typus futurarum tentationum; ut ergo daret locum formidini, ipse Jesus dormiebat. Sic sæpe Dominus permittit suos athletas in tentationibus et tribulationibus præliari, ut eos vel in hac, vel in altera vita magnis concederet præmiis; illæ enim tentationes, quas vincimus, in nostrum cedunt emolumentum, cum per illas plurima alterius vite, acquiramus merita, et æternæ gloriæ lucrum coronam, aliaque bona et comoda conferant.

Quod si a me petatis, ob quem finem Deus spiritui rebelli indulgeat tantam audaciam, et vim adversus amicos suos? Cur, inquam, illi, qui præ cæteris plus a Deo diliguntur et foventur ferocioribus infestentur tentationibus? Respondeo eum S. Leone Magno: « Demoni ob hoc aliquid audere » permittitur, ut a fidelibus Christi, gloria majori » vincatur. » Hujus modi victoriæ non in terra dumtaxat, sed multo magis in cælo, nobis addiscunt gloriam: unde S. Antonio manifestatum fuit, quod ob merita tot tantarumque victoriarum quas reportaverat, celebri nomen suum reddidisset per totum terrarum orbem. Quare Rupertus Abbas convertendo sermonem suum ad fraudulentem serpentem, eique exprobrando, ait: « Dum Deo vo- » lens adversarius, Deo molens, cooperaris, et ita » circum habens in naribus tuis, super pectus » tuum graderis, quia miro modo, et mala inten- » dis, et bona facis, dum persequendo, hoc ipsum » exaltas, quod ut destruas, persequeris, dum » quasi malleus aurum Dei nequiter affligis, et » affligendo ad gloriam extendis. » Malleus percussit aurum, quantum potest; at aurifaber omnes icibus ordinat ad fabricandam pulchram et opulentam coronam, pretiosumque diadema. Dæmon qui dicitur malleus universæ terre, in suis tentationibus et assultibus nullum alium finem habet, quam ut iram suam effundat contra Deum, et contra nos, qui a Deo diligimur et protegimur. In lapsum nos vellet præcipites, ut suarum penarum essemus consortes: at Deus, tanquam aurifaber, divina sua auxiliante gratia, tentationes illius ad majorem nostram dirigat gloriam, quotiescumque de iis reportamus victoriam: *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. Jacob., i, 12.*

v. — Dum Christus in navi mare trajiceret, facta

est procella magna; venti et fluctus millebant in navim, ita ut impleteretur, et possum iret, certo vectorum periculo. In tanto autem periculo, quo omnes misere angebantur, erat ipse in puppi dormiens super cervicem. *Marci, iv.* Sponte fuit a Christo hic somnus assecurus, naturalis tamen, ut augeretur venti, cresceretque tempestas, ut omnes vicinæ mortis horrore confusi porturbarentur, consilii inopes. Tunc autem Christus in pace in idipsum, dormit et requiescit, securus pericoli, ac si illud nesciret, et qui dormiebat corpore, vigilabat deitate. In tanto nempe discrimine, quos cæteros anxie inquietat, erat ipse in puppi dormiens super cervicem, ut quam fuerit tranquille pacatus denotetur, et tranquillitatis quæ a perfecta patientia est, ideam proponat. Patientia enim in sinistris eventibus, in seva procella, velut in fida statione, mentem placidat, interiorum hominem componit et suggerit lætitiæ.

Tertullianus, in libro de Patientia, eandem calamo ad vivam depingit. En verba ipsius: « Age jam, » et si effugium habitumve ejus comprehendamus. « Vultus illi tranquillus et placidus; frons pura, » nulla mororis, aut iræ rugositate contracta, « remissa æque in lactum modum supercilii, oculis » humilitate non infelicitate dejectis. Os taciturni- » tate, honore signatum. Color qualis securis et » innoxius. Amictus circum pectora candidus et » corpori impressus, ut qui nec inflatur, nec inquie- » tatur. » Et quidem infallibile vere patientis indicium est, interna omnium sedatorum appetitum suorum compositio. Nam ut S. Bonaventura, in *Luc., xxi*, scribens et de patientiæ effectibus tractans, inquit: « Rectificat rationalem, temperat » irascibilem, modificat concupisibilem et exterio- » rem consummat operationem. Rationem illumi- » nat et rectificat; unde in Proverbis, *xv, 29*, dicitur: *Qui patiens est, multa gubernatur sapientia » et doctrina viri per patientiam dignoscitur.* »

Quemnam putas verborum illorum fuisse sensum, quibus incarnata Sapientia suos affabatur Apostolos dicens, *Luc., xxi, 49*: *In patientia vestra possidebitis animas vestras?* Quæ enim ratione homo animam propriam possidere poterit, quæ a quovis etiam minimo, ejus qui illum creavit, nutu dependet? Respondeo quod utique hoc obtenturi simus, si anima nostra adeo a nobis composita fuerit, ut ex nullo sinistro eventu obvio turbetur, aut alteretur, sed patiens semper, serena, tranquilla et imperturbabilis maneat.

x. — Per hunc Christi somnum, Paulus de Palatio patientiam ejus et longanimitatem intelligit, qua tot injurias et offensas que illi, non ab infidelibus dumtaxat et etiam a Christianis irrogantur, in hac præsentis vita dissimulat. « Ad hos omnes tacet, ac » si dormiet: factus est sicut homo non audiens et » non habens in ore suo redargutiones. » Verum enim-

vero quoad hunc Christi somnum, ita nobis arguendum erit, nisi torpita decipi et falli velimus: Quod si nunc in hac vita, dum se dormire, id est, patientiam et mansuetudinem suam exercere simulat, nihilominus truculentam adeo in mari tempestatem excitat, id est, tot modis nos flagellat, quid futurum putas, quando post hanc vitam, excusso omni ab oculis somno perfecte evigilabit? Quanto major enim est hodie Dei in tolerandis culpis nostris misericordia, tanto postea justitiae ejusdem severior erit supplicium. Juxta mensuram misericordiae et aequanimitatis divinae, experientur impii rigorem divinae justitiae, si Dei benignitate et clementia abusi fuerint. Hoc enim manifeste insinuat aeterna et infallibilis veritas per os Isaiae Prophetae, *xlii*, 14, dicens: *Tacui semper, sicut, patiens fui; sicut parturiens loquor, dissipabo et absorbebo simul.* Unde S. Augustinus, *Liber de Vita Christiana*, *iii*, saluberrime monet: « Nemo sibi ideo blandiatur, nemo stulti-
« et vana suspitione decipiatur, nemo idcirco
« securus delinquat et liber, quia super peccatoribus
« confestim Dei ira, iudiciumque non venit, ut et
« hoc opinetur se impune peccasse, quod non illico
« puniatur, sed hoc magis differre Deum, quam
« dissimulare cognoscat, et iram Dei peccatoribus
« quamvis seram, subito et repente venturam,
« sicut scriptum est: *Ne dixeris peccavi et quid
« mihi accidit triste? Est enim Altissimus patiens
« redditor.* »

y. — Glossa Ordinaria somnolentiam Christi in navicula Christianorum pigritiam denotare existimat, qui non operantur conformiter ad id quod credunt: « Dormit in nobis Dominus, id est, fides
« Domini, cum negligentius agimus, et ideo tem-
« pestas. » Non sufficit fides sine operibus: ille
vero credit qui exercet operando quod credit, inquit
S. Gregorius, *Hom. xxvi*, in *Evang.* Negligentia et
pigritia in via Dei certissimum est indicium nau-
fragii: *Quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore
meo.* *Apoc.*, *iii*, 16. Et quidem, apud S. Marcum, *xi*,
13, maledictionem invenio, quam Christus adversus
fidei hunc fulminavit, eo tempore, quo paulo ante
ab universo populo in haec verba ei acclamatum
fuerat: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Mox
enim subditur: *Cumque vilisset, a longe, ficam
habentem folio, venit, si quid forte inveniret in ea; et
cum venisset ad eum, nihil præter folia, et respondens
dixit ei: Jam non amplius in æternum ex te fructum
quisquam manducet.* Sanctus autem Matthaeus, *xxi*,
19, sic concludit: *Et arefacta est continuo ficulna.*
Nec opus est multo labore, in requirendis expo-
sitorum glossis, ut causam cognoscamus, cur huic
arbori maledixerit; haec enim manifesta est, scilicet,
quia nihil invenit præter folia. *Omnis autem
arbor quae non facit fructum bonum, excidetur et in
ignem mittetur.*

Apud S. Lucam, *xiii*, 6, alia quaedam parabola

de ficis his verbis refertur: *Arborem ficī habebat
quidam plantatam in vinea sua; et venit querens
fructum in illis et non invenit; dixit autem ad culti-
vorem vineae: Ecce anni tres sunt, ex quo venio querens
fructum in festina haec et non invenio; succide ergo
illam; ut quis enim terram occupat? Neque admira-
tionē digna est haec resolutio, qua Christus hanc
arborem excidit præcipit. Nam ut D. Chrysologus,
Serm. cvi, ait: « Infructuosus arbor intricat cespi-
« tem, necat spatia, exhaurit terrae vires, cultorem
« conficit damno, afflicto ledio possidentem; ac sic
« excidere istam lucrum est et istam commodum
« non habere. »*

Sapiens, *Prov.*, *x*, 4, desidiosorum spendia exami-
nans, hoc inter alia assignat: *Propter frigus
piger arare soluit, mendicabit ergo aestate.* Quem
textum S. Hieronymus ita exponit: « Qui nunc
« propter desidiam in Dei servitio laborare neglexit
« ril, venturo die regni mendicabit et non dabitur
« ei, quia quaecumque seminaverit homo, haec et
« metet. »

S. Bernardus acediosum inexorabilem sibi Deum
reddere sustinet dicens: « Merito justissimo iudicio
« Dei adiutorium perdit, qui illud negligit obtinere.
« Merito etiam lumen divinae gratiae ad illustrandum
« cor illius non ingreditur, qui fenestras ejus et
« ostia et alios introitus negligit aperire; sic enim
« talis negligentia quidam contemptus. » S. Augu-
stinus suis in meditationibus amare aliquando deplora-
vit in haec verba: « Contempsit iudicem, quem
« temere postulo adiutorem. Insolens renui audire
« Patrem, quem domo praesumo habere tutorem,
« Heu mihi! Quam sero venio? Heu! heu! quam
« tarde festino? Heu me! quia curro post vulnera,
« dedignans incolumis praevaeare jacula. Neglexi
« prospicere tela; modo vero sollicitus de morte
« vicina. »

z. — Legitur in Marc., *iv*, 34: *Et erit ipse in
puppī dormiens super cercicil.* Volunt nonnulli,
quod cercicil, de quo hic mentio fit, ex radice
graeca sit pulvinar, capiti supponi solitum. Et si
moraliter textus hic sit intelligendus, pulvinar illud
molle et blandum, bonam significat conscientiam,
in qua, dum iusti et qui virtuosae vixerunt, requies-
cunt, mors quae aliis est amara, iis vero accidit
suavis.

S. Bernardus, in sermone ad milites Templi,
cap. i, sic loquitur: « Est vita secura, ubi conscientia
« lia pura, ubi mors sine formidine expectatur,
« cum dulcedine adesse optatur et cum devotione
« acceptatur. Intellige quod venientem mortem
« nullus lætus et hilaris suscipit, nisi qui se ad
« ipsam, dum viveret bonis operibus preparavit. »
Idem S. Bernardus, in suis meditationibus, salutare
hoc tradit documentum: « Sic vivere debemus, ut
« cum corpus coeperit a verminibus devorari, anima
« letetur in caelo. »

Quisquis in celestis Patrisfamilias vinea non
laboravit, mercedem sperare non poterit et ideo tot
infideles ac impii, qui non seminaverunt, nihil de
messe in horreum reportare poterunt. Non vero ita
se res habet cum illis, de quibus Psalmista ita
canit: *Euntes ibant et fovebant, mittentes semina sua;
venientes autem, venient cum exultatione portantes
manipulos suos.* S. Cyprianus ait: « Mori plane
« timeat, sed qui ex aqua et spiritu non renatus,
« gehenna ignibus mancipatur. Mori timeat, qui
« non Christi cruce et passione censetur. Mori
« timeat qui ad secundam mortem de hac morte
« transibit. Mori timeat, quem ex hoc saeculo rece-
« dentem perennibus penis aeterna flamma torque-
« bit. »

aa. — Quare discipuli ita periclitantibus, dormiebat Dominus? Saviente tempestate dormiebat Dominus, non inertia, sed studio, ut denotaret, quantum debeant vigilare, qui in hoc mundi mare navigant, utque dormientis discipulorum fidei damna indicaret atque argueret. Si enim ex eo quod sensu corporis dormiebat ipse, videbantur corpora periculi, inde intelligerent, agnoscerentque discipuli, quod cum fides eorum animis dormiret, in acerbissimi periculi naufragii se iactari ac versari. Fides enim scutum illud est, quod omnes a nobis hostiles ictus avertit. Ut tamen hoc efficere valeat, brachio inseratur, id est, operibus conjuncta sit, necessum est.

Neophytos Christianos Ephesios, inque iis omnes reliquos fideles, ad praelium et conflictum contra inimicum infernale animarum, Apostolus, iis inculcare nititur, ut viva fidei scutum amplectantur, omnesque in virtute hujus insultus inimicos illudant, cunctosque in illud evibratos ictus retundant: *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingueri.* *Eph.*, *vi*, 16. In ejus textu expositione Estius ita de fidei excellentia discurret: « Nihil efficacius ad
« superandas diaboli, carnis et mundi tentationes
« quam si quis fidem suam diligenter exerceret,
« ac frequenter ante mentis oculos ponat bona
« nobis in futuro promissa. » Non enim fidei scutum contra antiqui adversarii ictus dumtaxat, sed et contra mundi carnisque impetus nos defendit, ac tutatur. Si enim mundus prosperitatum, opum, honorum, deliciarumque blanditiis nos oppugnat, subito fides se tutatricem interponit, illam aeterna veritatis objiciens protestationem: *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suae detrimentum patiatur?* Si caro ad commoditates, voluptates, luxusque, quales corpus et animam certo certius perdunt in gehennam, nos extimulat, fides subito nos instruit suggerens illud: *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*

Fides autem sine operibus mortua est, inquit S.

Jacobus Apostolus, *ii*, 20. Necessariam enim connexionem inter se habent doctrina, vitæque bonitas; neque haec sufficit, nisi insuper proflicat præscriptorum sibi dogmatum integritatem; sicut nec sufficit doctrina sine honorum moralium rectitudine. Unde S. Chrysostomus ait: « Tametsi
« sanam teneamus doctrinam, vitam autem negli-
« gamus nihil nobis proderunt doctrinae. Rursus si
« vitæ curam diligentem gesserimus, in fidei autem
« placitis claudicaverimus, neque sic nobis aliquid
« heri fuerit; ideo convenit utriusque aedificium
« hoc nostrum spirituale communi; omnis enim,
« inquit, qui audit hos sermones meos et facit eos,
« assimilabitur viro prudenti. »

bb. — S. Cyrillus, in *Calena graeca*, in haec verba: *Ipsæ vero dormiebant*, dicit: « Adest quidem
« electis visus Christus, sed quia saepe numero, per-
« mittit eos per dispensationem aliquid pati, vide-
« tur quodammodo dormitionem fingere; » ac
proinde tribulatio non est signum absentiae, sed
potius praesentiae Dei, qui mediante illa, animas
nostras lucrari gessit. Quam divinam Providentiam
erga nos agendi rationem Hugo Cardinalis emul-
clare contendit per nutricis ejusdam similitudi-
nem, quae ut infantem facile ablaetet, mamillas
amaritudine aspergere solet, ac demum dicit: « Sic
« Deus nos repellit ab uberibus mundi per apposi-
« tionem amaritudinis; mundus enim iste dum tot
« adversitatibus ingeminat, quid aliud, quam ne
« dilgatur, elamatur? »

VERSUS 25.

*Et accesserunt ad eum discipuli ejus et suscitaverunt
eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus.*

Accesserunt ad eum discipuli ejus.

1. — Rabanus Maurus, in *Cat. D. Thom.*, Archiepiscopus Moguntinus, in sensu allegorico, per mare praesens saeculum, per navim, in quam Redemptor ascendit, crucem intelligit, qua mediante fideles per hujus mundi varias tempestates ad caeli littora secure evanigant. Quando Christus in hanc naviculam ascendit, ingens facta est commotio. « Quia
« commotus sunt mentes discipulorum de Passione
« ejus. » Navicula haec aperta fuit fluctibus: *Veni
in altitudinem maris et tempestas demersit me*, quia
mors, quae ei nil nisi somnus erat, contra ipsum
prevaluit; suum dormire mori est. Turbati disci-
puli eum ab hoc somno excitarunt, quando arden-
ter resurrectionem ejus suspirarunt. A mortuis resurgens, increpavit incredulitatem eorum. « Impe-
« ravit autem ventis, quia diaboli superbia stravit;
« imperavit mari, quia vesaniam Iudeorum dejecit,
« et facta est tranquillitas magna, quia sedatae sunt
« mentes discipulorum, visa resurrectione. »

2. — « Pia uti videntur precatione, » inquit

Lucas Brugensis, «atenus ex fide perfecta, quae tenus ad Christum, opis gratia, confugiunt;» et tamen, ut paulo post sequitur, in hoc ad Christum recursu, fidei suae debilitatem manifeste demonstratur, siquidem dormientem Jesum nihil de ipsis curare, nec eos ab imminente periculo, nisi excitatum, eximere posse crediderunt, ac proinde si non obstante hac fidei et fiducia diminutione, ad ipsum recurrentes ab eo exauditi fuerunt, quanto securius nos nobis ejus gratiam, divinosque favores promittere poterimus, si ad eum viva, et vera, et plena fide recurramus? Eusebius Emisenus de discipulis ejus, in Gloss., scribit: «Non armis sed clamore et orationibus, maris hujus procellas deponunt, sic se defendunt, haec arma suscipiunt, hoc auxilio se tenent.» In *tribulatione sua*, inquit Oseas Propheta, *mane insurgent ad me.*

3. — Ad Christum non ad nauceros, neque ad alia humana subsidia confugerunt, quia tametsi his quoque nobis opportune utendum sit, ut Deum tentare velle videamur, nihilominus tamen omnis spes nostra praecipue in his, dependenter tamen ab auxilio Dei, reponenda est. Multi in ærumnis suis ad superstitiones confugiunt, desperationem incurrunt, blasphemias adversus Dei providentiam evomunt, quod tamen aliud nihil est, quam evidenti se committere periculo naufragii; non est hoc sedare, sed excolare tempestates, quae nos in aeternae perditionis barathrum submergunt.

4. — S. Paschasius, *lib. V in Matth.*, in ea fuit opinione, ac si spiritus infernales undas hasce suscitasset, Christum in eorum perniciem tendere, existimantes: «Fortasse ergo isti ex permissu conataverunt ventos adversum eum et moverunt fluctus, ne transmisso freto ad eos veniret Judex.» Docere igitur nos voluit, illorum conatus et insidias, oratione mediante superandas esse. «Alacriter ergo accedamus ad eum, cum Propheta dicentes: *Exurge, quare obdormis, Domine?* et ipse imperabit ventis, id est, dæmonibus.» Ita Origenes, in *Cat.*

Et suscitaverunt eum.

5. — Dionysius Carthusianus ignorantiam et perfectionem fidei, quae in hisce discipulis cernebatur, hisce verbis, in *Math.*, detegit: «Putabant enim, quod Christo dormienti minus innolescerent omnia, quam vigilantem, quasi somnus actum rationis impediret in ipso;» ac proinde hisce ab eo verbis meruerunt reprehendi: *Quid timidi estis, modice fidei?* Eandem considerationem Albertus Magnus adfert, dum, in *Math.*, ait: «In quo defectus fidei notatur, quod melius putabant, salvare posse carne vigilantem, quam carne dormientem, qui deitate neque dormit, neque dormit.»

6. — Toletus, discipulorum ad Christum recur-

sum considerans, in *Luc.*, c. vii, scribit: «Saepe nunc, quae nos mala perturbant, ad Deum ire compellunt.»

7. — Albertus Magnus, *ibid.*, modum Salvatoremperegrinandi, nobis in sensu morali se explicat: «Spiritualiter dissimulans devotionis adjuvare, suscitatur, quando instantia devotionis, quasi manu quadam pulsatur.» Persepe contingit, quod Christus in urgentissimis necessitatibus nostris in auxilium invocatus, dormire videatur, qui tamen tandem per ferventium orationum nostrarum multiplicationem christianarumque virtutum exercitum, et adhibitas nobis et carni nostrae austeritates excitatur. Unde Chrysologus, *Serm. xxi*, ait: «Suscitamus non insolenti strepitu, sed clamore spiritalium cantioorum.»

8. — S. Marcus scribit: *Excitant eum et dicunt illi: Magister non ad te pertinet, qui perimus*, in S. Luca dicunt: *Præceptor primus*. Verisimile est, inquit Toletus, quod in hoc tam evidenti mortis subeunda periculo unus hoc modo, alter alio illud allocutus fuerit: «Alii unum, alii aliud, aut etiam omnes omnia.» Ipsum sine ullo respectu suscitatum, nec tamen quidquam de respectu et reverentia convenienti et debita intermiserunt; prout notat S. Bonaventura, in *Luc.*, qui dicit id ipse fecisse: «Non animi audacia, sed ex indigentia patrocini.»

Domine, salva nos, perimus.

9. — In omni urgentis periculi occasione refugium melius habere non possumus, quam ad Deum; et specialiter quidem ad tranquillandum et sedandum pelagus procellosum. Unde David ad Deum conversus, Ps. lxxxviii, 20, Ps. lxxvii, 17, dicebat: *Tu dominaris potestate maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas. Viderunt te aquae, Deus, viderunt te aquae, timerunt. Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes, etenim sagittae tuae transeunt.* Etenim Apostoli per nubes hasce significati, Christum invocantes effecerunt, ut sagittae furoris ejus, in procellis denotate, sine ullius damni illatione transirent.

10. — Hinc quoque discere possumus, quod tametsi habuerimus in nobis sanctitatem Apostolorum, fuerimusque ipsimet Dei Filio incarnato proxime vicini et haud secus ac ejus discipuli ab eo summe dilecti, non tamen ideo a tentationum, persecutionum, cunctorumque aliorum hujus vite periculorum procellis liberi erimus, sed potius, dum ipsi uniti et conjuncti ab ipso non recesserimus, ejus auxilio et assistentia separare poterimus, nos his omnibus futuros superiores, atque ab iisdem liberandos.

11. — Videri quidem poterat, collegium Apostolorum, praesente Christo, nequaquam metu aliquo percelli debuisse et tamen per infinitam sapien-

tiam suam illis, necnon et cunctis aliis fidelibus salutarem hanc tradere et post se relinquere voluit doctrinam; nimirum, quod tunc vel maxime timendum sit, quando vel maxime ipsi adstricti et conjuncti sumus, siquidem Apostoli monitum est, *Phil.*, ii, 12, dicentis: *cum metu et tremore vestram salutem operamini*. Tobiae ab Angelo et in ipsius persona, omnibus aliis servis Dei probatis et electis, *Tob.*, xii, 13, dictum fuit: *Quoniam acceptus eras Deo, necessum fuit, ut tentatio probaret te*. Naves mercibus pretiosissimis onustae plus infestantur a piratis, majoremque habent sibi timendi prospiciendique occasionem, quam naves vacuae, aut aqua plene.

12. — Apostoli in Salvatore societate positi erant et ideo tanquam miraculosi merito ab eo reprehendebantur. S. Ambrosius, *lib. VI*, c. vii, in *Luc.*, ait: «Bene arguntur, qui praesente Christo timebant, eum utique qui et adheret, perire non possit.» Magnus utique favor est, aliquem in societate alicujus veri servi Dei constitutum esse, ob ingentia bona, quae inde dimanant et mala quae inde accercent: viatores, qui cum S. Paulo in naufragii periculo constituti erant, hujus sancti Apostoli meritis felicem ab eodem periculo liberationem attribuerunt, quia alias utriusque naufragio absorbandi erant.

13. — Paulus de Palatio sollicitudinem considerat Salvatore, inferendo subsidio, dum ad hoc a nobis invocatur; unde idem ita nos monet: «Igitur in oratione, in clamore, in aperitione oris tui, salus tua est; si peris, tua culpa peris, quia non aperuisti os tuum.» Unde celebre illud dictum Psalmi: *Os meum aperui et attraxi spiritum*, sicut enim in respirando, in tenendo os et fauces apertas, vita nostra corporalis consistit; ita vita spiritualis consistit in oratione, in qua spiritum pariter et devotionem concipimus.

14. — Chrysologus porro nos monet, *Serm. xx*, ut zelum hunc, hanc salutis invocationem, non solum ad nos, sed etiam ad proximos nostros extendamus. «Revera fratres si essemus unum et humanum corpus, si eos, qui pererant, nostra esse viscera crederemus, afflictione jejuniis, precum gemitu, effusione letuum jugiter clamaremus: *Domine salva nos perimus.*»

Additiones.

a. — *Et accesserunt discipuli ejus, et suscitaverunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus.* Interea dormit Dominus, ejus jussis mare obtemperans, paulatim undis terrorem tollit. Ventus insibilans haren jaculabatur; navis undis concussa fluctuabat; sed quid interam facient discipuli, atrocissime tempestate jactati? Ubi spes collocant in tanto naufragii discrimine? Eleganter, de more Basilii, *Orat. xxii*: «Discipuli studiosae salutem quaerebant ab arte,» inquit. «Sed manus fatiscabant, cum tempestate

depugnabant, et cum ventis, de navi decerebant. «At cum procella prevaleret, neque arti parere mare, ac potius vinci extimesceret, et terrorem de terrore exsuscitaret, victi discipuli, et quaesitas ab arte spes, tanquam et ipse naufragium face-rent, omittentes, recurrunt ad portum, qui in scapha erat,» maris Dominum, Christum Deum. Et optime quidem. Ad hoc enim ut fiducia nostra efficac sit, viva esse debet; magnamque habet praerogativam, quando in Deum, non vero in mundum collocatur, diligentiasque humanas, et nostram cooperationem minime excludit.

His verbis *Proverb.*, iii, 5: *Habe fiduciam in Domino, ex toto corde tuo*, Sapiens suadet, ut confidentiam nostram in Deum reponamus, non indefinitam, sed ex toto corde et animo: *Ex toto corde tuo*. Neque enim in dubium revocari potest illud Ecclesiastici oraculum: *Scitote quia nullus speravit in Domino et confusus est, Eccle.*, i, 11. Syriaca habet: *Intelligite et videte: Quis creditit in eum, et derelinquit eum? Vel quis confidit in eo et abiicit eum?* Propheta Regius, in Psalmo cxvii, 8, inquit: *Bonum est confidere Domino quam confidere in homine; bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus.*

Quando Apostoli a maris tempestate conquassati, timore percellerantur, his verbis a Christo fuere reprehensi: *Quid timidi estis, modice fidei? Quare dubitatis?* Quando Ozias sacerdos, et alii, Bethuliam inimico cedere decreverant, nisi Deus intra certum tempus illis mitteret subsidium, sancta et invicta Bethuliae vidua Judith, in haec verba eos increpavit: *Qui estis vos qui tentatis Dominum? Non est iste sermo qui misericordiam provocet, sed potius qui iram excitet, et furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini, et in arbitrium vestrum constituistis, Judith,* viii, 12; quasi diceret: Non est hoc modo cum Deo procedendum, sed animose confidendum in ipsum; ut enim Deus urgentibus periculis nostris prospiciat, nostram a nobis vivam fidem et fiduciam exposcit. Sapiens, *Proverb.*, xxvii, 1, eum qui veram in Deum fiduciam habet, leoni assimilans, inquit: *Justus quasi leo confidens, absque terrore erit.* Quam similitudinem Gregorius M. considerans ait: «Justi viri securitas recte leoni comparatur, quia contra secum quoslibet insurgere conspicit, ad mentis suae confidentiam redit; sicut quia cunctos adversantes superat.»

Advertendum tamen est, quod licet fortiter et constanter in Deum confidamus, media tamen, et industria humana, nequaquam excludi debeant. Hoc enim esset Deum tentare, si quis in ipsius auxilium et providentiam confisus, manibus sinui positus, omnem ex parte sua cooperationem negligere vellet. Jacob, divina providentia peculiaris fuit scopus, nec tamen industrium et sudores suos, ad res a Deo provisas adhibere intermisit:

Nocte et die urebar aestu, et gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, Gen., xxxi, 40. Eidem in suo ad domum paternam reditu trementi, eo quod obviam erat fratri suo Esau, qui indignans, et vindicturibus illius adoritur parabat, fuerunt ei obviam Angeli Dei; quos cum vidisset, ait: *Castra Dei sunt haec*. Et tamen, *Jacob divisit populum qui secum erat in duas turmas*, etc. Munera quoque Esau fratri suo misit, ut illum placaret, sicut et ad illum militandum, sibi quoque reconciliandum sagaces misit nuntios. Nobis per hoc prudens Jacob indicare voluit, quod providentia Dei humana media non excludat, dummodo haec dependenter a Deo adhibeantur, quia: *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam, Psal. cxxvi, 1.*

b. — *Accesserunt discipuli ejus; accedamus et nos, ad contemplandas discipulorum angustias.* Videamus et Petrum contra fluctus audentem, et in navicula conterritum, qui siccis vestigiis maria calcavit. Adsurgunt undae: effrenes ferocunt venti, et minax fluctuum collisio, pericula despumans, naufragia de divortio pandit, et vectorum ostendit sepulchra. Jactatur undique scapha et crebro fluctuum verbere saepe tenditur, atque per compagum rimas, mors ostentatur. Quorsum haec velut ludicria in mare tragodia? Quare frustra tumet mare, mox tranquillandum? Scilicet Christus aliquando discipulos in navi docebat coelestem doctrinam et nunc fluctuum lingua praecleari erudit. Per necessariam sane mortalibus eruditionem quam eleganter S. Basilius, *Orat. xxi*, edocet: «*Esto mihi discipulo — rum praceptor, o mare, et pro flagro fluctuum — terrorem injice, usque ad spem stet terror: nam — terri volo, non occidi. At cum procella praevalet, et terrorem de terrore excitaret, vieti discipuli obnitentes recurrunt ad portum, qui in — scapha erat, et adstantes clamant: Magister, — Magister, salva nos, perimus.*» O timorem naturae magistrum, quo docetur fiduciam quae in Deum potius quam in nostram industriam habetur, a Deo liberaliter compensari, maxime erga illos qui fiduciam cum bona conscientia habent conjunctam.

S. Joannes in Epistola I, ii, 24, ait: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, ut quicquid petierimus accipiamus ab eo.*

Regius Propheta David, modum nos docet, nostram in Deum exorandi fiduciam, dum, *Psal. iv, 6*, ait: *Sacrificate sacrificium justitiae*, id est: estote homines virtuosus, bonitatis et perfectioni vitae dedisti, Deoque veraciter inservite, et tunc sperate in Domino.

c. — *Tumet mare, graviter remigant in periculis discipuli, dormit secure Christus, quem dormientem suscitavit discipuli.* «*Suscitatus ergo a discipulis,*» ait S. Chrysostomus, *Serm. xx*, «*mare, hoc est, — mundum corripit, tranquillat orbem, reges mitigat, sedat fluctus, componit populos, Romanos*

«*efficit Christianos, ipsosque executores christianae — fidei reddit qui fuerant persecutores.*» Sic demonis malitiam nostris damnis inhiantibus, in nostram convertit Christum salutem. S. Bernardus, *Serm. lxxvii de modo bene vivendi*, asserit: «*Quando diabolus — servos Dei tentat, eorum utilitatibus servit, cum — eos per tentationes suas non decipit, sed erudit.*» Saepe tentationes, quas diabolus commovet ad interitum hominum, Deus convertit eas ad profectum animarum. » Et B. Laurentius, *de Monast. Convers.*, xii: «*Dei clementia cunctam immundo — rum spirituum fraudem, in suorum facit militare — profectum servorum. Ex his gippe tentationibus, qui amoris Christi et perfectionis fervent — desiderio, maximam sumunt occasionem tanta — rum fieri possessores virtutum, quantum impugnantur suggestionibus vitiorum. Unde cum superbia cogitationibus vexantur, ne in ipsum — corruant humiliantur.*» D. Gregorii Magni doctrina haec est, lib. I, *Moral.*, xxv: «*Fit mira dis — pensatione pietatis, ut unde malignus hostis cor — tentat, ut interimat, inde misericors Dominus — hoc erudiat, ut vivat.*»

Audiamus S. Ambrrosium, lib. I de *Penit.*, xiii: «*Magna potestas, magna gratia, quae imperat diabo — lo, ut seipsum destruat. Se enim destruit, cum — hominem, quem tentando supplantare studet, ex — infirmo fortiore efficit, quia dum carnem debilitat, mentem ejus corroborat.*»

Hoc emolumentum, quod in profectum animarum, ex tentationibus redundat, observatum fuit quoque a D. Chrysostomo, *Hom. de diabolo tentatore*: «*Quando quidem diabolus,*» inquit, «*si — nosse volis, etiam utilis nobis est, si eo, prout — oportet, utamur, magnamque nobis utilitatem — parit. Hoc multoties ex Job ostendimus. Potest ex — ipso quoque Pauli intelligi; sic enim ait de fornica — rio scribens: Tradidi hujusmodi Satanam, in — interitum carnis, ut spiritus salvens sit. Ecce etiam — salutis auctor factus est diabolus, tametsi non ex — ipsius mente, sed ex artificio Apostoli.*»

d. — *Somnus Christi in navicula totus est in nostram eruditionem, ut explicat S. Chrysostomus, Serm. ii, super illud, Polipebra ejus interrogat filios hominum:* «*Ideo enim,*» ait, «*suscitarent eum — ut per ejus vigiliam obtinerent remedium.*» Quod et protinus obtinent; nam excitatus a somno quiescit mare, omnesque in tuto et sereno apparent. Quid denotat hoc? Nisi quod hisce non instruat veritatis Magister, quomodo semper vigilet super gregem suum; tribulatisque, ac tentatis auxilio adsit. Unde, licet dormire videatur, sollicitam tamen suorum curam gerit, et in tentationibus auxiliatur. Docet nos Biosius, in hac materia expertus, quod videntes nos in angustia tentationum constitutos, adeo etiam ac si Deus nollet nobis assistere, non tamen animum deponere debeamus, quia tunc vel maxime Deus

nos protegit, ac defendit: «*Licet forte usque adeo — se derelictum sentiat, ut Deus ei dicere videatur: — Recede a me, non novi te, non places mihi; — nequaquam tamen ob id spem abiciat, sed fide — plenus, cum B. Job dicat: Etiam si occiderit me, — in ipso sperabo; etsi in profundum inferni demersus — fuero, inde me liberabit. Ideoque non in molli — culcitra, sed super cervical ligneam Christus dormit, ut promptitudinem suam ad nobis auxiliandum ostendat.*»

e. — *Timor ille quem discipuli, de manifesto et imminente periculo submergendi conceperunt, timorem filialem in eis suscitavit, ut fiducialiter ad eum recurrerent, auxilia praestolaturi.* Unde et factum est, ut modica illa fides quae in eis culpatur, exinde augmentata et solidata gravem tempestatem sedarit. «*O periculum quo docetur ubi salutis sit anchora! — O mare metu discipulos exanimatos praecatori — reconcilians!*» exclamat Seleucensis. Quibus verbis S. Doctor magnam timoris admiratur potentiam, quae tanta hic fuit, ut non solum fidem debilem discipulorum in meliorem efformaret, et ex imperfectis perfectos in fide efficeret, timori enim Dei proprium est ut similia bona causet; veronempe contra gravissimam tempestatem, constantes et superiores redderet. Stablem enim animum reddidit timor, sicut anchora navem stare facit: «*Anchora mentis pondus est timoris,*» ait S. Laurentius Justinianus. Audiamus S. Gregorium Magnum, lib. *Mor.*, vii, 43: «*In via Dei a timore — incipitur, ut ad fortitudinem veniatur. Nam sicut — in via saeculi audecia fortitudinem, ita in via — Domini audecia debilitatem parit. Et sicut in via — saeculi timor debilitatem, ita in via Domini timor — fortitudinem gignit, Salomone attestante: In — timore Domini fiducia fortitudinis.*»

f. — *Domine, salva nos perimus.* «*Pia ut videntur — precatione,*» inquit Lucas Brugensis, «*caetenus — est fide profecta, quatenus ad Christum, opis gratia, confugiunt,*» et tamen ex hoc ad Christum recursum, fidei suae debilitatem monstrant, siquidem dormientem Jesum nihil de ipsis curare, nec eos ab imminente periculo, nisi excitatum eximere posse crediderunt; ac prout si non obstante hac fidei et fiducia diminutione ad ipsum recurrentes exauditi fuerunt, quanto securius nos nobis ejus gratiam, divinosque favores promittere poterimus si ad eum, viva, vera et plena fide recurramus? Unde pulchre sic Eusebius Emisenus de discipulis Christi scribit: «*Non armis, sed clamore, et orationibus, maris hujus procellas deponunt sic se — defendunt, haec arma suscipiunt, hoc auxilio se — tuerentur in tribulatione sua.*» Oratio siquidem est armatura defensiva, et offensiva contra inimicos.

Cum etiamnum nascent Ecclesia in primis suis crepundis, ex Herodis persecutione, plurimum periclitaretur, utpote qui per mortem Petri, Christi

vicarii, universum Christi gregem dissipare contendebat, iuxta illud: *Percutiam pastorem et dispergentur oves*; eadem Ecclesia ad orationem sollicita confugit, nam *oratio febat sine intermissione ab Ecclesia, ad Deum.* Nec in cassum cessit haec oratio, siquidem divina providentia coelestem quandam misit legatum qui catenas quibus Petrus erat vincus dissolveret, carceris repagula aperiret, eumque ex omni periculo liberaret. Ex quo memorabili facto multisque aliis clare liquet orationes esse fulcrum mundi, Ecclesiaeque propugnaculum.

Cum rex Antiochus ad desolandum Jerosolymam, demolendumque sacratissimum ejus templum, universumque populum delendum, innumerabilem pariter et formidabilem congregasset exercitum, Judas Machabaeus suos animavit, ne propter multitudinem adversariorum, animis caderent, sed potius in Dei auxilium, per orationem ferventem imploratum animose confiderent: *Ut essent parati in praedium, et ut orarent.* Unde resumtis animis, per modicum militum numerum, Deo exercitum tamen illis assistente, validissimum profligatum exercitum: *Et facta est salus magna in Israel, in die illa.* I *Mac.*, iv, 23. Observandum est tamen, Machabaeos Deum tentare noluisse, ad solas recurrere preces, absque eo quod armis quoque manus apponerent: sed utrumque praestiterunt, siquidem orando et pugnando evaserunt victores.

Moyses Josue praecipit, ut militum instrueret delectum, eosque adversus Amalech, in acie directos, ad pugnam ducere; futurum enim, ut et ipse in monte, contra eosdem pugnaturus esset. Sed quo modo Moyses pugnasse creditis? Non alio quam manibus in caelum elevatis, nam sacer textus ait: *Cumque elevarit Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalech.* Ezod., xvii, 11.

Legimus de Judith: *Ingressa est oratorium suum.* Ecce hic velut in consilio bellico, cum Deo super exercitiis, ratione cladis Holophernis, ferventibus suspiriis et gemitibus consultat. Ex hoc profecto oratorio, velut ex armamentario quopiam reflexe fuere sagittae, militaresque machinae, quae confoderunt hostem, et exercitum illum qui haecenus innumerabiles sibi provincias subjecerat. Talia immatura referre licet sed ista satis sint exempla.

g. — S. Paschasius, lib. V in *Matth.*, in ea fuit opinione, quasi spiritus infernales undas haec excitassent, Christum in eorum perniciem tendere existimantes. Docere igitur voluit nos illorum conatus et insidias, oratione mediante, superandas esse: Alacriter ergo accedamus ad eum, cum Propheta dicentes: «*Excure, quare obdormis, Domine? Et ipse — imperabit ventis, id est, daemionibus,*» inquit Origenes. Oratio siquidem valida est armatura ad resistendum daemioni, ejusque tentationes vincendas. Merito providus Magister Apostolos docet quibus